





CHRISTIANVS LUDOVICVS

13

LIEBERKÜHN

231

IVRIS VTRIVSQUE DOCTOR, IN REGIO ACADEMICO

SEDINENSI GYMNASIO IVRIVM PROFESSOR P. O.

1774, 2.

AD LECTIONES SVAS

PER SEMESTRE HIBERNVM HABENDAS

IVRIVM CVLTORES INVITAT.

---

AC SIMVL

DE ORIGINE CONSACRAMEN-  
TALIVM NON PEREGRINA

PAVCA PRAEFATVR



---

SEDINI

EX OFFICINA EFFENBARTIANA

CHRISTIANAS IADOGICAS  
LIBERKÄHN

LATIN LIBERALIAE DOCTOR IN REGLIO ACADEMICO  
EDITIONIS QUAMOQ[UE] MAXIMI LIBRATORIS ET C.

ADDITIONES SVA  
PER SEMESTRE INFERNAV HABENDAS  
VARIA CALLORE IN VINITAT

AC SIMIL

DE ORIGINE CONSACRAMEN  
TIAVAN NON LIBERGRI

IVAGA PRAEFLATR



SEDDINI

EX STETIGIA MUSICAESITIA



III

cyparus fuit

Non desunt qui de Confacramentalibus  
cogitationes suas publici Iuris fe-  
cerunt. Bischofii labores exigui-  
sunt. Speculum Saxonum enim antiquissimum  
de Confacramentalibus agens documentum esse  
putauit. Non multo felicior fuit auctor dispu-  
tationis sub Praefidio Ioan. Georg. Simonis de-  
fensae. Sua vero laude certe non defraudandus  
venit Weidlerus, qui in labore de Sacra-  
mentalibus summam ubique adhibuit diligentiam.  
Ultimus qui Confacramentalibus Vigilias suas  
consecravit, est Vir. Cl. Mangelsdorffus, qui  
cum olim in Fridericana vixisse, me nunquam  
poenitebit. Hic ille Vir, ante triennium eruditio-  
rum Halensium examini subiecit dissertationem:  
*de confacramentalium Origine non Germanica eorum-*

## III

*que indole vera ac natura.* Persuasum mihi est Virum Cl. dissensum nostrum in bonam partem accepturum esse; quo certius ipse iam eius humanitatem in audiendis dubiolis contra hanc dissertationem publice ex eius iussu prolati, expertus sum.

Varia sunt argumenta quibus Vir. Cl. exteris Sacramentalium Originem vindicavit. Petuit primum ex Silentio Legum Wisigothorum teste Isidoro Hispalensi sub Erico latarum, quas antiquissimas pronuntiat. Ait paucissimae tantummodo; si leges sub voce ANTIQVA in Codice nostro extantes, sunt Eurici; vel nullae plane huius regis leges migrarunt in Codicem, qui ex Museo Pithoeano primum prodit, quique demum post annum 721, quod alio loco firmissimis argumentis docui; editus fuit. Quid quod facillime vera ac genuina huius silentii ratio enucleari possit. Wisigothi patria relicta a multis patriis consuetudinibus diu in Germania transrhenana seruatis abhorruerunt exterorumque populorum ritus suos fecerunt. Nobiles ac ingenui homines ab hac gente diris quaestioni bus, quod nulla alia gens Celticæ originis unquam permisit, subiecti fuerunt. Qua in re, me iudice, melius consacralium apud gentem Wisigothicam non usus, atque legum nostra rum

rum silentium quaerendum est. Alterum argumentum Sacramentales temporibus Caroli M. demum efflorescere coepisse, est contra testimonia, quae de Confacralibut in Salica lege Alamannorum Anglorum atque Werinorum legibus omnes Caroli M. aevo multo antiquioribus exstant. Tertium, nostros in plurimas regiones per Episcopos introductos fuisse aequre lubricum. Simili enim modo ac ex vna eademque ratione varia Ordalia a Clero in Germania valde promota formulis atque exorcismis munita fuerunt, quae tamen aequre ac Confacralibut longe ante introductionem Christianae religionis, in usu fuerunt maioribus. Ultimo denique loco Confacralibut Originem e Iure Germanico exulare iubet, quia ipsi ritus probandi per Sacramentales purgationi cononiae, per candens ferrum successisse videtur. Etsi vero res non aperte contra antiqua monumenta esset, peregrinam tamen nostrorum originem nunquam demonstraret. Facile igitur corruunt omnia ea, quae ad firmandam sententiam suam protulit noster. Viri Clar. fuisset, ostendere Confacralibut antequam a maioribus cogniti fuerunt, in iudicis a peregrinis gentibus adhibitos fuisse. Quam tamen rem felici cum successu ab aliquo absoluui posse eo magis vehementer dubito; quo certius patria sunt monumenta in quibus prima

*edition*

Confacramentalium mentio extat, qui in pontificum decretis Sec. xii et xiii promulgatis demum occurunt; nec ex his, eos in patrias leges Sec. xii multo antiquiores migrasse ferio a Clar, Mangelsdorffio contendи poterit. *Haec de Confacramentalium origine.* Late nostrorum naturam ex legibus gentis nostrae antiquis exposuit Weidlerus, cui quod addam non habeo. Is quoque hunc ritum in criminalibus ac civilibus causis parum prodesse ita monstravit, ut laudatam illam ab illustri Bauero, quem sequitus est Clar. Mangelsdorffius confacramentalium vilitatem, plane non videam. Nec assentior Perillus tri Homelio, quem enixe veneror, qui in Monumento *lxxii Iurisprudentiae Numismatibus illustratae* in peierandi maiorum confutadine nostrorum originem ponens seprctrionis gentes fraudis atque fallaciarum ignaras esse, fabulis vertutis annumerat. Nititur testimonio Salviani, Gothorum gentem aequae ac Francicam perfidam pronuntiantis. Salvianus vero et vitia suorum temporum et laudes clericorum ita exaggeravit, ut aequae ac Velleius Pa.terculus peregrinus homo non audiendus sit. Vnicus est Haußchildius, qui discrimen olim inter Compurgatores, Sacramentales, coniuratores ac collaudantes, fuisse notavit. Singulorum

notiones

notiones quoque dedit, immo suam opinionem legibus firmavit. Hae tamen leges rite ponderatae, hanc differentiam plane non illustrant; potius ex harum vocum promiscuo ubique occurrente in Chartis vsu contrarium mihi appearere videtur.

Iam ad rem ipsam, cuius causa haec scripsimus, perveniamus. Restant nimirum bona verba bono die dicenda. Abitum enim partim ad Fridericianas, partim ad Viadrinas Musas parant nonnulli dilectissimi Auditores, qui ita praelectionibus meis interfuerunt, ut illorum recordatio mihi nunquam non iucunda sit futura. Amantissimos hos atque Ornatisissimos adolescentes illustribus qui Regias Academias ornant Professoribus de meliori comendo, fausta ipsis quaevis appreco. Valete o Mei, quorum modestiam, morum elegantiam atque assiduitatem nunquam non amabo. Sint candida fata vestra.

Sequentes VOBIS offero GENEROSISSIMI atque PRAENOBILISSIMI AUDITORES per instans Semestre hibernum praelections.

Hora IX — x Diebus Lunae, Martis, Mercurii, Iovis et Veneris, Elementa Iuris Civilis secundum ordinem institutionum b. Heineccii, habito ubi que

VIII

que ad antiquitates potissimum romanas respectu  
explicabo.







Stekin, Diss., 1713-74





**CHRISTIANVS LVDOVICVS  
LIEBERKÜHN**

IVRIS VTRIVSQUE DOCTOR, IN REGIO ACADEMICO

SE DINENSI GYMNASIO IVRIVM PROFESSOR P. O.

AD LECTIO<sup>N</sup>E SVA<sup>S</sup>  
PER SEMESTRE HIBERNVM HABENDAS  
IURIVM CVLTORES INVITAT.

A.C. SIMVAN

DE ORIGINE CONSACRAMEN-  
TALIVM NON PEREGRINA

PAVCA PRAEFATVR



SEDINI

EX OFFICINA EFFENBARTIANA